

Ars non est vera, sed falsa.

Responso.

Falsa est assumptio. Nam si, Eraste, experimentum nullum usquam verum vidisti, non sequitur, omnes nihil usquam experientia verum comperisse. Negativa tua est assumptio universalis, quam particularis affirmativa evertit.

XL.

Quadragesimum Argumentum.

Impium est affirmare artem posse, quod natura efficit.

Atqui hoc affirmat Ars Chemica. Ergo,

Impium est quod affirmat.

Responso.

Falsa est assumptio. Chemica enim ars non affirmat aliquid se efficere propriæ, sed subministrando & subjiciendo naturæ materiam, & causam efficientem naturalem efficere dicitur. Et ita responsum est supra ad similia argumenta.

XLII.

Quadragesimum primum Argumentum.

Si hæc ars esset vera, ditaret omnes, qui eam exercerent.

At fere omnes ex ea ad inopiam penè redacti sunt. Ergo,

Hæc ars est falsa.

Responso.

**Varios es-
se scientia-
rum & ar-
tium fi-
nes.** Vulgo solet objici hoc argumentū, nec validius aliud exi-
stimator ad evertendam Argyropœjam aut Chrysopœjam. Sed huic argumento varie responderi potest. Omnium scien-
tiarum & artium fines postremi sunt varij. Horum primo or-
dine est contemplatio sola in ijs artibus potissimum, in qui-
bus admiranda Dei omnipotentis Opt. Maximi & sibi obse-
quentis naturæ opera non vulgo cognita reluent, in quo-
rum contemplatione mens humana satiatur & acquiescit. Secundo ordine finis est, Aetio earundem scientiarū aut ar-
tium, ut quam quisq; didicerit artem, eam exercendo necessa-
rijs miserrimæ hujus vitæ transigendæ non careat, & Reip. prospicit. Ethos quidem fines, quicunque sapit, laudabiles esse profitebitur: propter quos etiam Argyropœia & Chrysopœia jure expetenda est. Illic enim admiranda naturæ arcana con-
templari licet, nee qui eam recte norunt eosdem famelicos esse ipsa usquam permittet.

**Fines sci-
entiarum
& artium
laudabi-
les.**

**Qui finis
artium &
scientia-
rum vitu-
perandus
est.**

Verum aliis est artium finis vituperandus & damnandus,
scil. auri sacra famæ, & habendi insatiabile desiderium. Po-
strellum hunc finem, Eraste, falsum, existimasti esse verū Ar-
gyropœiæ & Chrysopœiæ finem. Nam si Medicinæ, quā pro-
fiteris, tibi is tantum scopus est, ut ditior fias, non ut Reip. alia
quam utilitatem afferas, minime laudandus eris. Ex falsa igi-
tur propositione assumptionem & conclusionē falsam & vi-
tolam